



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 39. Venetorum classis adversus Turcas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

opinio est, quod Usumcassanus nihil ultra Sæcul. XV
 adversus Turcas tentaverit, eo quod præ- A.C. 1474.
 peditus fuisset ab ejus filio natu minori,
 qui seditione mota Patris sui, quem fa-
 tis functum falsus rumor nuntiabat, Re-
 gnum invaserat; hic postquam Patrem
 suum adhuc in vivis esse compererat, cum
 de obtinenda rebellionis suæ venia de-
 speraret, ad Mahometem Constantinopo-
 lin confugit, ab eoque auxiliis adjutus,
 Patrem Regno pellere conatus est; ast
 a Satrapis comprehensus, ob seditionis
 crimen ab ipsomet Patre suo extremo sup-
 plicio multatus est.

§. XXXIX.

Venetorum classis adversus Turcas.

Turcæ ampliandi imperii sui aviditate
 stimulati, Scodram Albaniæ urbem
 octoginta millium exercitu cingebant.
 Mocenicus tum in Mondonensi portu
 agebat; sed comperto urbis periculo in
 Albaniam rupta omni mora contendit, ut
 laboranti civitati, in cuius salute maxi-
 mum Venetis momentum erat, prom-
 ptum afferret auxilium; magnam quo-
 que servatæ urbis partem invicto Antonii
 Lauredani Scodræ Præfecti animo, ac
 providæ ejus follicitudini debebant Ve-
 neti, nec minori fortitudinis laude Ci-
 ves Christiani urbem propugnabant; li-

Sæcul. XV. *cet enim graviter aquarum inopia pre-*
A.C. 1474. *merentur, tanto tamen impetu, ac ma-*
gnanimo periculi, mortisque contemptu
ex urbe in Turcas effundebantur, ut
ferro per hostium agmina sibi viam ape-
rientes, libere aquam advehere potuerint.
Tandem etiam Turcæ obsidionem sol-
vere compulsi sunt, desideratis suorum
quam plurimis. Mocenicus, qui in hac
expeditione nullam impigri Ducis par-
tem omiserat, in patriam reversus, com-
muni omnium suffragio Dux in locum
Nicolai Marcelli paulo antea demortui
salutatus est; classi autem Antonius
Lauredanus cum summa potestate præ-
ficiebatur.

§. XL.

Res Castellæ Regni.

Mariana
lib. 240.

Sabellio. 3.
dec. 10.

Truxillo.

Hoc anno ingens contentio inter Co-
 mitem Beneventanum, & Sentilla-
 num Marchionem exorta Regiam Castellæ
 Curiam in diversa abstraxit studia. Utra-
 que factio ad arma conclamat, & ipse
 Rex copias suas in aciem educere com-
 pellitur, ut pacem inter dissidentes armis
 revocaret. Villæ Marchio, postquam
 in gratiam rediit, Regem ad locum, qui
 Turris Julia dicitur, comitatur; spera-
 bat enim, cives Regis sui auctoritate ac
 præsentia facile ad urbis ditionem adi-
 gendos. Ast, cum Gratianus arcis Præ-
 fectus